

Kiliani, cujus ad abbatem in Pegaw diete Merseburgensis diocesis monasteriorum beate Marie Tenthonicorum et sancti Benedicti ordinum pro tempore existentes collationes seu presentationes, dum pro tempore vacant, de antiqua et approbata hactenusque pacifice observata consuetudine pertinent, mense capitulari ejusdem ecclesie beate Marie perpetuo
 5 unirentur annecterentur et incorporarentur, profecto ex hoc ipsius ecclesie beate Marie — necessitatibus plurimum consuleretur, quare pro parte decani et capituli predictorum asserentium sancti Liborii et sancti Kiliani ecclesiarum predictarum fructus redditus et proventus insimul duodecim marcharum argenti secundum communem estimationem
 10 sancti Nicolai et sancti Petri^{a)} predicti ordinaria primo et deinde apostolica ac Saraw^{b)} Misnensis diocesis opidorum parrochiales ecclesie eadem ordinaria auctoritate diete mense unitas annexas et incorporatas fuisse, nobis fuit humiliter supplicatum, ut easdem sancti Liborii et sancti Kiliani ecclesias prefate mense perpetuo unire annectere et incorporare aliasque in premissis oportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos
 15 igitur — hujusmodi supplicationibus inclinati necnon consideratione dilecte in Christo filie nobilis mulieris Ameloye ducisse Bavarie^{c)}, que, ut asserit, in dicta ecclesia beate Marie suam elegit sepulturam, nobis etiam nuper hoc humiliter supplicantis sancti Liborii et sancti Kiliani ecclesias predictas — cum omnibus juribus et pertinentiis suis eidem mense — perpetuo unimus annectimus et incorporamus, ita quod liceat prefatis decano
 20 et capitulo per se vel alium seu alios corporalem possessionem sancti Liborii et sancti Kiliani ecclesiarum juriumque et pertinentiarum predictorum propria auctoritate libere apprehendere et perpetuo retinere illarumque fructus redditus et proventus in suos ac ejusdem mense usus et utilitatem convertere necnon predictis sancti Liborii et sancti Kiliani ecclesiis per vicarios seu capellanos ad eorum nutum ponendos et amovendos
 25 etiam perpetuo libere deserviri facere diocesani loci et cujusvis alterius licentia super hoc minime requisita, — proviso quod propter unionem annexionem et incorporationem predictas sancti Liborii et sancti Kiliani ecclesie predictae debitis non fraudentur obsequiis et animarum cura in eis nullatenus negligatur, sed illarum congrue supportentur onera consueta. — Datum Rome apud sanctum Petrum anno incarnationis dominice millesimo
 30 quadringentesimo nonagesimo septimo, tertio idus julii, pontificatus nostri anno quinto.

816.

Freiberg, 1497 Aug. 28.

*Hdschr.: Transsumpt von 1511 in No. 842.**Gedr.: Wiltisch Kirchen-Historie der Stadt Freyberg Cod. dipl. 135.*

35 *Andreas Krewel, Dechant, Wilhelmus Hoffmeister, Senior, Magister Melcher Freiburger, Magister Nicolaus Steiten, Johann Francisci, in geistlichen Rechten Licentiät, Custos, Theodoricus Zean, Magister Franciscus Pfeiffer, Domherren, und das Capitel gestatten den Domherren Felix und Johann vom Berge, Vettern, die von dem verstorbenen Johannes*

40 815. a) Vergl. No. 760 (S. 540 Z. 23 ff.). b) Vergl. No. 796. c) Amalia, Tochter Kurfürst Friedrichs II., Witwe Herzog Ludwigs des Reichen von Baiern-Landshut.